



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Insignis eius obedientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

domi essent sociorum nonnulli, qui sancta illa palæstra exercerentur: cum diceret, quemadmodum B. Pater per eas Meditationes proprium Societatis ingenium, ac spiritum hauserat; ita fore, ut eius filiis, si accuratè exquirerent, per eadē subsidia sensus, ac vigor idem impertiretur. Viennā deinde progressus, ac Pragam, ibi quoque quantum licebat in obrutis prope Hæreticorum coluuię ciuitatibus, prosperum rerum cursum inuenit. Ferdinandus Cæsar nunquam eum amantius, humaniusq; accepit. Ter familiariter, ac prolixè de arcanis conscientię suę consuluit: literas etiam ad Sigismundum Regem, ac filiam suam, coniugem eius Reginam Poloniae in Societatis commédationem vltro promisit. Ceterum, quoniam in congressu vltimo denuntiauit in conuētu, quem sub insequentis anni exortum habiturus erat Augustæ, eius opera vti velle: eamque obrem ex Polonia reuocaturum in tempore; & ad ea nihil ipse subiecit, quod nosset Lainij mentem esse, vt Polonica expeditione perfunctus ad Ferdinandi nutum labores suos accōmodaret; postquam domum retulit se se, incessit animum religio, quod non disertè esset testatus Pontificis se adstri-

*ad T. unum  
N. unum  
1609*

*Insignis eius  
obedientia.*

*ad quinq;  
8  
1609*



adstrictum Imperio; atq; adeò nec suæ potestati fore, vt à Cæsare vocatus accurreret, nisi postquam Pontificia mādāta confecisset. Existimetur hinc quanta esset viro cura perfecti, exactiq; in omnes partes obsequij. Quin adeo vt noxam corrigeret quoniam ipsi copia non fuit, Viennensis Collegij Rectori mandauit, vt cum primum Cæsarem conueniret, explicaret ei plane, & candidè totam rem. Deniq; & apud Præpositum Generalem per literas erratum professus dolēter veniam, ac penam supplex orauit. Carissimum inter hæc Comitē peregrinationis suæ Theodoricum ærumnarumque vnicum leuamen amisit. Ipsi Octobris Kalendis in Viennensi Collegio ex morbo decessit: cuius laudes nō est hic locus recensendū. Erat, inquit Canisius, vita innocēs, moribus pius, conuersatione blandus, studiis acer: quem admodum Dei seruum decebat, male mori nō potuit. Angelos ei sub extrema visos alij prodidere.

*Moritur Theodoricus Viennensis.*

*Res in Polonia à Canisio gestæ.*

Hoc ille dulcissimo orbatus subsidio, eiusque in locum Dominico Mengino sumpto, iter in Poloniam quinto Nonas Octobris repetiit, nonoq; inde die regiam Polonię urbem Cracouiam attigit. Ibi conuenit Antistitem: iamq; fama notus